

Q. N. 3575

DISPUTATIONUM ETHICARUM
QUINTA

DE

LIBERALITATE, MA-
GNIFICENTIA, MAGNANIMITATE,
MODESTIA, MANSUETUDINE, ET VIR-
tutibus Homiliticis.

è libr. 4. ἡθικῶν Νικομαχείων,
quam

PRÆSIDE JEHOVAN

In illustri LIPSIENSI Academia

sub moderamine

M. ANDREÆ BAUER
CIZENSIS.

eneri conabitur

JOHANNES VVÖLNERUS VALLE-
JOACHIMICUS.


Ad d. X. Maij horis & loco solitis.



LIPSIÆ,

Describebatur apud Laurentium Cober.

ANNO MDCXVI



(6)

X 86 0628



VIRIS

Nobilibus, Spectabilibus, Amplissimis

Dn. TOBIÆ Wiebel Sacr. Cæsar. Mai.
in Vallibus D. Joachimi Decumatori & præfecto
præstantissimo:

Dn. CENTURIONI Lengefelder Sacr. Cæsar.
Maj. ibidem Rei Monetariæ præfecto fidelissimo:

Necnon

Amplissimis, Consultissimis, multoq. rerum usu præstantissimis

VIRIS

Dn. GEORGIO Schlaginhauffen/ Urbis illius Cæ-
sareæ-liberæ-Metallicæ Consuli gravissimo.

Dn. BENEDICTO Hentschel Seniori, Prætori
ibidem prudentissimo, Caterisq. totius ordinis *συμβου-
λων* viris, legum disciplinâ, prudentiâ, & autori-
tate eminentissimis, PATRIBUS PATRIÆ
laudatissimis &c.

*Dnn: Fautoribus ac Promotoribus omni honore, summoq.
observantiæ studio colendis, suspiciendis*

συμβουλον hanc Ethicam in debita gratitudinis
Symbolum merito & submisso offert

JOHANNES VVÖLNERUS
Respondens.



P R A E L O Q U I U M.

Virtutes Morales ex sententia Philosophi bifariam considerantur: Absolutè & Relativè. ABSOLUTE consideratae ad HABENTEM referuntur, & versantur. 1. circa confidentiam & metum, ut **FORTITUDO**. 2. circa voluptatem & dolorem, ut **TEMPERANTIA**. 3. circa penuriam pecunias, ut **LIBERALITAS** & **MAGNIFICENTIA**. 4. circa honorem, ut **MODESTIA** & **MAGNANIMITAS**. 5. circa equitatem vel conversationem, quae dirigunt vel mores, vel sermones. Mores dirigit **MANSUETUDO**. Sermones verò, **COMITAS**, **VERACITAS** & **VRBANITAS**: illa serios: hac jocosos. **VIRTUTES RELATIVE** consideratae referuntur non ad habentem, sed ad alios, ut **JUSTITIA**: Fortitudinis & Temperantiae naturam in praecedente disputatione contemplati sumus: Nunc reliquas sorores & quidem Oëlo, hac vice, è nostro peripatu, DEO moderante, educemus, **Justiciam** in sequentem reservaturi disquisitionem.

T H E S I S.

- I. **LIBERALITAS** est virtus modum tenens in dandis & accipiendis opibus: vel ἐλευθερίως ἐστὶ μισότης πρὸς τὰ χεῖματα, ut Philosophus definit. LIBERALITAS.
- II. **OBJECTUM** itaq; liberalitatis sunt τὰ χεῖματα: qua voce non nummos saltem signatos complectimur, sed etiam πάντα, ὅσων ἡ ἀξία νομισματικῇ μετρίῃται, Objectum. omnia, quae sunt in commercio hominum, & quorum pretium nummo aestimatur: Latini vocant pecunias, à pecude, sive quòd veterum opes praecipuè fuerint sitae in re pecuaria & agricultura, sive quòd nummi pecudis effigie primum sint signati.
- III. **Vernaculum** autem illud esse objectum, sic probatur:

A 2

aquã

1. quia pecuniarum in dando accipiendoq; usum laus, virtutis comes individua, sequitur. 2. illiberalitas & effusio, eius extrema in iisdem versantur. 3. nulla virtus, præter Liberalitatem, modum tractandi pecunias ostendit.

u. Sumptuum.

IV. Divitiarum verò illa *ἀρετή* nil aliud est quam *δωδναι* sumptus, *καὶ δόσις* largitio: Sumptus quidem appellatio pertinet ad paranda necessaria vitæ alimenta: Largitionis verò, ad alios, præsertim externos, sublevandos. Ab ejusmodi usu divitiarum diversa est *ἀνψις* acquisitio earundem, & acquisitarum *φύλαξις*, quia hæc ipsarum non est verus usus, sed tantum *κατήσις* possessio.

u. Virginitatis.

V. Vnde *πορισματικῶς* colligitur: Liberalitatem *ἐν τῷ δίδναι* in dando, *καὶ λαμβάνειν* accipiendo consistere, præcipue verò in dando: 1. quia virtutis proprium est beneficium potius conferre aliis, quam ab aliis accipere. 2. virtutis potius est agere, quam pati. 3. danti major, imò sola debetur gratia. 4. laus dantem potius, quam accipientem comitatur. 5. difficilior est dare, quam sumere: omnis autem virtus circa difficilimum versatur. 6. virtutis est, aliis prodesse: non autem qui accipit, sed qui amat, aliis commodat.

In dando spectatur.
u. Finis.
u. Modus.

VI. IN DANDO spectandus est. 1. finis. 2. modus. 3. animus dantis: FINIS ratione illi soli liberales censendi sunt, qui non ostentationis, sed honestatis gratia largiuntur. IN MODO ponderanda est persona, beneficii quantitas & qualitas, Tempus & Locus. Quoad personam, dare debet personis dignis. Quoad quantitatem, cavendum est, ne benignitas major sit, quam facultas. Quoad qualitatem, non danda sunt aliis pejora, nobis meliora servanda, quamvis nulli etiam suum officium debeat esse damnosum. Quoad tempus, beneficia non sunt procrastinanda, sed tempestive eroganda. Quoad locum, ibi dandum, ubi honestum est. DANTIS animus ita sit affectus, ut non *λυπεῖται* gravatè, sed *ἡδέως καὶ ἀλόπως* cum alacritate & seposita molestia beneficia sua erogat.

u. Dantis animus.

In accipiendo.

VII. IN ACCIPIENDO etiam sic versandum est. 1. ut non accipiat liberalis, unde non sit accipiendum. 2. non sit *αἰτητικὸς*, in petenda ab aliis pecunia prociac & impudens. 3. acquirat pecunias, unde oportet, non quod honestum sit acquirere pecunias, sed quod necessarium ad exercendam liberalitatem. 4. rationem habeat suorum bonorum, cum iis velit aliorum inopiam sublevare.

VIII.

Præter hæce viri liberalis proprietates in dando & accipiendo, aliæ adhuc sese offerunt; quarum 1. est *παρεβάλλειν ἐν τῇ δόσει* transire

et an fire lineam in dando, h. e. liberalis ita affectus esse debet, ut plus aliis det, quàm sibi retineat, quia maiorem aliorum, quàm sui ipsius rationem habet. 2. Dare *κατ' ἀνάγκην* pro viribus suarum facultatum. Non enim æstimandus est liberalis ex copia rerum, quas largitur, sed ex dandi voluntate & habitu, cuius mensura est patrimonium. 3. Qui divitias suas ex opima hæreditate acquisiverunt, liberales sunt cæteris, qui non sine magno labore & sudore eam pepererunt: 1. quia nondum adhuc sunt egestatem experti. 2. quia omnibus hoc insitum est à natura, ut sua opera magis, quàm aliena diligant: non secus ac parentes, qui suos vehementiori affectu, quàm alienos complectuntur liberos: & Poætæ, quibus sua quàm aliena carmina, ut multò speciosiora, magis arrident.

IX. 4. Liberales non fiunt facillè divites, cum non valdè attenti sint ad acquirendas divitias, neq; in conservanda pecunia peritines, sed ad eam effundendam faciles ac parati. Nequaquam autem liberalis hac elargitione debet videri prodigus, tum quia delectum servat & circumstantias, & non in quosvis vertit patrimonium, sed in bonos; tum quia ex habitu liberalitatis agit. 5. dolet liberalis, si errore quodam collocarit pecuniam in homines indignos: Sed dolet moderatè, quia virtutis est latari & dolere his rebus, quibus oportet. 6. Liberalis in communione pecuniæ se facilem & commodum præbet, ideoq; non mirum videri debet, si interdum circumveniatur, & injuriam patiat ab his, cum quibus contrahit.

X. Liberalitati in excessu opponitur *ἀταρία* effusio, quæ partim simplex, partim mixta est. Illa nimium dat, & expendit, & contra ad rem faciendam non attenta est, ideoq; accidit ipsi, ut diu non possit consistere aut durare: Ista est, quæ in dando, nimia; in accipiando, injusta; & cum avaritia, injuria, intemperantia & ambitione est conjuncta.

*Extrema,
in excessu.*

XI. Sed si fiat comparatio, prodigi cum avaro, huic longè ille præferendus est. 1. quia *ἐπιεικής* facillè ab effusionis malo liberari potest, tum per atatem ingravescentem, quæ ipsi curam afferet augenda rei familiaris: tum per *ἀπορίαν* per sensum egestatis. 2. quia prodigus ad medium pervenire potest, cum omnia sint in eo, quæ in liberali: Nam & donat & accipit, sed neutrum neq; ut decet, nec bene. 3. quia ille multis, hic nemini, imò nec sibi ipsi prodest.

*Prodigus
melior est
avaro.*

XII. Hinc sequentia eliciuntur *πορίσματα*: PRIMUM: prodigum improprie ita dictorum largitiones & sumtus non sunt libera-

πορίσματα.

res. 1. quia non consentiunt rectæ rationi. 2. non sunt honestatis cau-
 sa, sed cupiditate honoris & gloriæ. 3. non habent delectum persona-
 rum. Secundum prodigi eiusmodi sunt plerunq; ἀπλάστοι intempe-
 rantes: 1. quia cum suas facultates qualibet ratione aliàs dissipent,
 consentaneum est, eos etiam multò magis in turpes corporis volu-
 ptates fore sumptuosos. 2. quia cum iidem vitam suam non confor-
 ment ad præscriptum rectæ rationis, in voluptates corporis delabun-
 tur. Tertium: prodigi ἀπαυδαγώγτοι, suo relicti ingenio, in avaritiam,
 intemperantiam & alia flagitia faciliè delabuntur. Si verò τυχόντες ἐπι-
 μελείας & rationem admiserint, eis τὸ μέσον καὶ τὸ δέον ad medium & de-
 corum pervenire, & vitam suam honesti regula dirigere possunt.

In defectu. XIII.

Liberalitati in defectu opponitur ἀνελευθερία avaritia sive
 illiberalitas, quæ modum deserit in danda pecunia, & eundem supe-
 rat in accipienda: Estq; vitium planè insanabile: 1. quia Senectus & in
 genere omnium virum ἀδυναμία augere illiberalitatem videntur. 2. est
 συμφέρον, magis connatum, quàm effusio: pleriq; enim magis cupi-
 di sunt acquirendæ pecuniæ, quàm ad eam effundendam faciles ac
 parati.

XIV.

Ut autem sunt duo ἀτόπων genera: Ita hoc extremum
 non est uniusmodi: alia enim illiberalitas est ἀδουλοῦ, quæ simul &
 modum deserit in largiendo, & superat in acquirendo: alia non
 ἀδουλοῦ, sed vel modum superat tantum in acquirendo, vel eundem
 deserit in largiendo. Qui modum deserunt tantum in dando, di-
 cuntur. 1. φειδύλοι, parci. 2. γλιχτοί, tenaces, quibus citius dentem ex ore
 exsculpsieris, quàm obulum ex marsupio. 3. κίμικτοι minuti ac sordidi.
 4. κομινοστῆτες cuminisectores. Qui modum superant tantum καὶ λήψιν,
 sive id fiat per fas, sive per nefas, appellantur ἡγοικέρδεις turpi lucro
 dediti: cuiusmodi sunt 1. qui illiberales ac sordidas præstant operas
 ac ministeria. 2. πορνεῖται & receptatores Scortatorum. 3. τοκίσαι scenera-
 tores, qui præsertim parvas pecuniæ summas magno scenore collo-
 cant. Huc referuntur etiam κούρται aleatores, δλοπαῦται fures noctur-
 ni, λυσαι latrones.

πρόσμεν.

XV.

πρὸς ἑσμεν: Liberalitati magis repugnat illiberalitas, quàm
 Effusio propriè ita dicta: 1. quia illiberalitas est majus malum effu-
 sione. 2. homines magis peccant versus illiberalitatem, quàm versus
 effusionem.

MAGNI-
 FICENTIA

XVI.

Liberalitatem excipit MAGNIFICENTIA μεγαλοπρέπεια:
 quæ licet & ipsa in pecuniis sit occupata: differt tamen à liberalitate:
 1. quod

1. quod Liberalitatis actio sit *δοσις καὶ λήψις* : Magnificentia verò solā *δαπάνη* sumtuosa actio : Illius actio, mediocres : Hujus, grandes sumptus postulat.

XVII.

Sed cum *μεγαλοπρέπεια*, & *μεγέθυς* à magnitudine sum- Duo nota-
da.
tuum, & *πρέπον* à decoro, originem traxerit, utraq; harum re- 1. decorum.
rum explicanda, utpote sine quarum enodatione vis & natura Ma-
gnificentia rectè cognosci non potest. DECORUM seu *πρέπον* obser-
vat vir Magnificus. 1. si dispiciat, quid suæ personæ congruat. 2. anim-
advertat, quid requirant res, in quas sumptus impenditur, aut etiam
personæ, quarum gratia aliquid impenditur. 3. si sumptus amplos
impendat, honestatis tantum causa, non opes ostentandi gratia, ne-
que aucupio auræ popularis & benevolentia consequenda, ut eò fa-
cilius ad dignitates & Reipub. gubernacula evehat. 4. Si sumptus
faciat *ιδεως & προτικως* : omnis quippe *ἀκριβολογία*, sumptuum suppu-
ratio, redolet animum angustum, minimeq; magnificum. 5. si magis
sit sollicitus, ut opus, quod molitur, *καλῶς, καὶ προωδύσας* efficiat,
quàm quomodo sumptus illius operis effectione contrahat.

XVIII.

Ut verò *δαπάνια* sumptus rectè impendantur, vi-
dendum est, An opera sint publica, an privata, ibi enim major, hic
minor requiritur splendor. In PUBLICIS rursus videndum est, quale
opus, & quis AUCTOR. Sunt enim opera PUBLICA vel SACRA, quæ ad
divini numinis cultum referuntur, veluti sunt. 1. *ἀναθήματα* dona, quæ
in templis suspenduntur. 2. molitiones templorum & altarium. 3. Sa-
crificia. 4. quicquid *πρὸς τὸ δαμνῆν* circa quamlibet naturam divi-
nam versatur : vel PROEFANA, sed quæ *πρὸς τὸ κοινὸν* ad Rempub. juvan-
dam spectant. AUTOREM quod attinet, is in omnibus suam confide-
ret personam, *τις οὖν* quis sit, & facultates *τῶν ὑπαρχόντων* quas opes ha-
beat : Nam facultates suppetere oportet, & sumptus his digni sint,
necesse est : nec solum *τῷ ἔργῳ* operi, sed etiam *τῷ ποῶντι* facienti
congruere debet.

XIX.

Ex quo hoc elicitur *πέρισμα* : Pauperem non posse esse πέρισμα
magnificum : Non enim habet, de quibus *προσβόντως* decenter multos
sumptus faciat : qui autem id aggreditur, stultus est, quia *παρὰ τὴν ἀξίαν*
καὶ τὸ δέον præter dignitatem & quod oportet, facit : Sed magnificos
esse posse : 1. qui non nuper, sed jamdiu opes & rem, cum dignitate
conjunctā, industria suā pepererunt. 2. qui vel à majoribus, vel ab his
acceperunt, eū quibus necessitudine quadā ac societate cōjuncti fue-
runt. 3. Nobiles hæc virtus decet & Illustres, & q. his sunt similes. In his
quippe

quippe inest μέγεθος καὶ ἀξίωμα amplitudo & dignitas tanta, quantam magnificentiæ splendor postulat.

XX.

OPERA VERÒ PRIVATA minore cum pompa fieri convenit: & sunt vel momentanea, vel diuturna: MOMENTANEA iterum vel semel in vita solent impendi ut: Nuptiæ, funera, & si quid tale est, veluti si alicui primus nascatur filius: aut si quis gradum consequatur Magisterij vel Doctoratus: vel sæpè, ut Hospitalitas, Legationes, munera & remunerationes: quæ licet privatim fiant, tamen non seipsum tantum, sed totam civitatem ornat Magnificus. Dona quippe hospitalia magnam cum ἀναθήμασι habent cognationem: DIUTURNA, ut extractio domus amplæ, quæ divitiarum & opum, quas possidet Magnificus, amplitudini respondeat: Ejusmodi quippe domus non solum ornat Magnificum, eiusq; dignitatem auget, sed etiam facit ad publicum urbis splendorem.

Extrema
in excessu.

XXI.

Magnificentia extremum in excessu est βαρυστία fabrilis & quasi operaria in sumptu faciendo insolentia seu luxus: Estq; vel Simplex vel Mixtus. Simplex in tribus potissimum peccat. 1. quando παρὰ τὸ δὲν ἀναλίσκει sumptus facit præter rectæ rationis præscriptum. 2. quando λαμβάνεται παρὰ μέγεθος splendorem in concinnè ostentat, veluti qui comædis in proscaenium euntibus purpuram substernit, & Scenas purpurâ tegit, cum idem pellibus efficere posset, ut Megarenses, qui sibi inventionem Comædiarum tribuerunt. 3. quando effundit magnos sumptus non honestatis causa, sed ostentationis divitiarum & opum gratia, qua fore existimat, ut omnibus sit admirationi: Luxus mixtus cum μικροπρεπείᾳ est conjunctus, qui parvos sumptus facit, ubi magni erant faciendi: Et contra ibi magnos, ubi parvi satis esse poterant.

in defectu.

XXII.

Extremum in defectu est μικροπρεπείᾳ indecora parifonia, à quo denominatur μικροπρεπείᾳ, cuius quinque ἴδη sunt, quibus à Magnifico discernitur: 1. Magnâ pecuniâ antea consumptâ sub finem in parva omnem dignitatem amittere. 2. Si quid effecturus est, cuncta abundum efficere, contra illud: ὠκείαι χάριτες γλυκυτάται celeres Gratia sunt jucundiores. 3. considerare, qua ratione quàm minimo sumptu aliquid conficiat. 4. In minimis sumptibus lamentari & ingemiscere. 5. falsò putare, se omnia majora & ampliora efficere, quàm oportet.

MAGNA
NIMITAS

XXIII.

Magnanimus μεγαλήθυλος (in concreto enim, ut notiora, re, à Philosopho definitur) ἐστὶν ὁ μεγάλαν αὐτὸν ἀξίωσιν, ὡς qui magnis

gnis scilicet honoribus se dignum existimat, cum sit dignus.

XXIV.

Duo itaq; in Magnanimo requiruntur, 1. ut quis propter meritum dignus sit magnis. 2. ut conscius sibi dignitatis dignum se quoq; magnis iudicet. Harum conditionum utraq; vel alterutra deficiente, nemo magnanimi nomen tueri potest. Nam 1. qui præter dignitatem & meritum se iudicat dignum esse magnis, καὶ ἀνὸν τῷ φανώτερον est & incogitans. 2. qui dignus est parvis, & se iisdem dignum esse iudicat, σὺ φανώτερον sed non etiam Magnanimus dicitur: Nam magnanimitas in magnitudine consistit; perinde ac pulchritudo, in magno corpore: parvi verò ἀσθενεῖς καὶ σὺ μμετρεῖς elegantes & concinni, non verò pulchri sunt. 3. qui cum indignus sit magnis, se tamen iis dignum iudicat, dicitur χαλινώτερος inflatus, qui quasi sese distendit more ranæ Æsopica, & opinionis errore quodam arroganter sibi vendicans magna, quibus tamen nequaquam dignus est. 4. qui modum deserit circa μεγάλα, & minoris æstimat sua bona, quàm verè æstimari debent, μικροβύχων dicitur.

XXV.

Nec ideo virtus esse definit Magnanimitas, quòd cum modestia collata, in magnis versetur, adeoq; sit ἀκρότης potius, quàm μεσότης: Nam sciendum, quod & Extremitas, & Mediocritas esse possit: Extremitas quidem τῶν μεγάλων magnitudine rei objectæ, quia versatur non circa mediocritiam, sed circa magna: Mediocritas verò, quatenus circa magna versatur, ὅτε δὲ sic oportet, & rectè rationi est consentaneum.

XXVI.

OBJECTUM GENERALE sunt omnia, quæ in actionibus & rebus videntur esse magna: SPECIALE verò, honores magni, cum honor externorum bonorum sit maximum. 1. quia soli Deo. 2. DEI vicem gerentibus, Parentibus & Magistratibus attribuitur. 3. virtutis est ἀλλοθεν præmium. 4. videmus quoq; magnos & præstantes viros iudicare sese honore dignos, sed ita tamen, ut veritas & recta ratio postulat. Versatur itaq; περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὅτε δὲ circa honores & ignominias, ut oportet.

XXVII.

Hinc tria resultant πορίσματα: PRIMUM: ὁ μεγαλόβυχος ἀρετῷ ἀνέχεται. Magnanimus est vir optimus, & cæteris quoz, morum virtutibus præ aliis hominibus ornatissimus. 1. quia maximis dignus est honoribus. 2. ad magnanimum virum pertinet τὸ ἐν ἐκάστῃ ἀρετῇ μέγα quod in quavis virtute eximium est. 3. si magnanimus non esset optimus, ridiculè faceret, si maximos expeteret honores: aut si improbus esset, non censeretur à quovis viro bono dignus esse honore, quia hon-

B

nor

Requisita
Magnanimi.

Obiectum,

πορίσματα.

61 nor tantum est premium virtutis. **SECUNDUM:** μεγαλοψυχία κοσμος τις ἐστὶ τῶν ἀρετῶν ornamentum & lumen ceterarum virtutum. Hasce illustiores reddit, vimq; ac dignitatem uniuscujusq; amplificat, neq; ipsa quoq; sine iis suum statum tueri potest. **TERTIUM:** τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι χαλεπὸν: arduum est, fieri magnanimum: quia hæc virtus ἀπὸ καλοκἀγαθίας absq; reliquarum virtutum concursu, & quidem in excellenti gradu, comparari non potest.

Acciones
virtu Ma
gnanmi.

1.

2.

3.

4.

XXVIII. IN ACTIONIBUS talem se præbet magnanimus: 1. ut ob honores eximios, qui tribuntur à laudatis & incorrupti iudicij viris, mediocriter lætetur, nec immoderato efferatur gaudio: non enim nanciscitur honores illos præter expectationem aut merita sua, sed καὶ ἀξίαν pro dignitate & ex merito suo. 2. ut parvos honores, qui tribuntur ipsi fortè propter exigua merita, præsertim παρὰ τῶν τυγχόντων ab obscuris, nec ulla virtutis ac prudentiæ laude commendatis aspèrnetur non nescius, eos sibi convenire, nec aliis majoribus suis meritis ulla ex parte respondere. 3. ut pro nihilo ducat ἀτιμίαν, leviusculorum hominum convitia, cùm in magnanimum δικάως hæc omnia cadere nequeant ob virtutis excellentiam. 4. ne in rebus secundis sit περιχρῆς nimium lætetur, nec in adversis fortunæ statibus sit ἀίλουσος nimio dolore conficiatur.

Acciden-
tia viri
Magnani-
mi.

1.

2.

3.

4.

XXIX. Magnanimitatis accidentia καὶ ἀφαίρεται τῶν ἀντικειμένων καὶ χτ' ὅσον declarantur & ita quidem, ut plerq; virtutes morum percurrantur: 1. Magnanimos non est μικροκίνδυνος, nec σποκροκίνδυνος, non se parvis, aut crebris objicit periculis: neq; est φιλοκίνδυνος cupidus adiendi pericula, quia pauca honorè digna iudicat, nec quicquam aliud præter solam virtutem sibi magnoperè esse curæ patitur: sed μεγαλοκίνδυνος magna subit pericula, cùm aut salus Reipub. aut libertas patriæ periclitetur, aut alia similia ea; maxima pericula obijciuntur. 2. non est ἀφειδής τ' βίη non parcit vitæ & salutis suæ: quia bonis maximis sublati indignum existimat diutius vivere. 3. est δὲ εὐποισίην paratus ad aliis benefaciendum: sed non sine pudore ab alijs accipit beneficium contra morem eorum, qui sunt μικρόψυχοι, quia benefacere est hominis superioris: beneficium verò accipere, inferioris.

XXX. 4. *Majorē mensura collata in se beneficia reddere*, imitariq; agros fertiles solet, qui multo plus afferunt, quàm acceperunt: quia sic personam quasi commutabit, ac pro debitore ejus, qui prior fuerat beneficij autor, fiet veluti creditor. 5. *Memor est beneficiorum in alios*

alios collatorum, non etiam eorum, quæ ab aliis ipse accepit: Nam is, qui accepit beneficium, inferior est eo, qui dedit: verè autem magnanimus in cunctis rebus cupit antecellere. 6. Commemoratio beneficiorum, quæ in alios contulit, grata est magnanimo, acceptorum verò, molesta.

XXXI. 7. Magnanimus ita se comparet, ut cum in se ipso satis præsidii ad utramq; fortunam collocatum esse putet, aut nullius, aut non admodum alterius opem imploret: ipse verò ad inserviendum paratus. 8. Apud eos, qui sunt in autoritate, aut prospera fortunâ utuntur ευδὸν, exultum suæq; dignitatis studiosum se præbet: apud mediocres, moderatum. 9. in ea loca non commeat, in quibus honores distribuuntur, ne virtuti suæ præmium emendicare videatur.

XXXII. 10. Est cunctator & otiosus, hoc est, non implicat se curiosè quibuslibet negotiis, sed spatium deliberandi sibi somit, nisi vel eximius honor, vel negotium dignitatis plenum offeratur administrandum, tunc quippe minimè otiosus, multò minus patitur sibi præripi occasionem adipiscendæ laudis ac gloriæ. 11. Paucas quidem actiones suscipit, sed eas tamen magnas, omniumq; sermonibus prædicandas. 12. est φανερίσθαι καὶ φανερόφιλον ἀπερτὲ & odit & amat. Occultatio quippe vel amoris vel odii est degeneris animi argumentum.

XXXIII. 13. Majorem habet rationem veritatis, quàm opinionis: Nam mavult esse, quàm videri bonus. 14. Est ἀληθευτικός & ab omni mendacij vanitate alienus, nisi fortè cum idiotis versetur, ad quos plerumq; solet uti Ironia, & extenuare sua bona, quia apud hos non est, quod metuat, ne aliquid suæ dignitatis detrahatur. 15. Ad nullius nutum vivit, nisi sit amicus: quia non est servil & abjecto animo præditus.

XXXIV. 16. Non est δαυδαῖκος: quia ipsi nihil videtur mirum in hac præsertim rerum humanarum varietate & inconstantia. 17. Non est μνηστικός memor præteritorum laborum & injuriarum, quas perpessus est. 18. Non est ἀνθρώπων ἐπιδεικνύμενος cupidè de hominibus loquitur: Non de se ipso, quia non magnoperè laborat, ut à quopiam laudetur, contentus suæ dignitatis ac præstantiæ conscientia. Nec de aliis, quia nihil interesse putat, si alij vituperentur: Seipso enim fretus non vult alieni nominis ruinâ gradum sibi facere, ad gloriam suam: ideoq; nec est ἐναντιόλογος aliorum laudator, nec κακόλογος maledicus, ne in inimicos quidem, nisi ad refutandas eorum contumelias, aliquid vicissim contumeliæ in illos jaciatur, ut eos nihili facere videatur.

XXXV. 19. Non est ὀλοφυετικός καὶ δυνάμειος querulus de rebus ad vitam necessa-

20. *necessariis*, si quid fortè detrimenti acceperint: nec cuidam sit sup-
plex, ut afflicte rei familiaris incommodo succurrat. 20. *Est ita af-*
fectus, ut pulchra prædia, licet sint ἀκαρπα & sterilia pluris faciat, quàm
καρπια καὶ ἀφελια: quia præsentē fortuna contentus, nihil requirit
21. præter splendorem & honestam voluptatem. 21. *Magnanimi incessus*
tardus esse debet, ne πολυπράγμων videatur; vox gravis, & locutio stabilis.

Extremū, XXXVI. Extremum magnanimitatis in defectu est μικροψυχία pu-
1. in defe- sillanimitas: in Excessu χαυβτης superbia: Μικροψυχία est vitium, quo ho-
ctu. nores meriti negliguntur: quo vitio qui laborat, in seipsum est inju-
Puſillani- rias. 1. quia bonis promeritis se privat. 2. μικροψυχον se esse arguit, licet
mitas. ipse hoc ignoret. 3. alij occasionem præbent perperam de illo sen-
2. In exce- tiendi. 4. hoc pacto se ad res præclaras reddit ineptum. χαυβτης su-
su superbia perbia est vitium, quo quis seipsum ignorans, immeritos honores venatur.

Superbi XXXVII. Superbi meritò sunt ἰλιθιοί, fatui habendi. 1. quia suscipiunt
sunt fatui. ἐντιμα res dignitatis plenas, quasi in iis gerendis digni sint, sed postea
1. coarguuntur. 2. ornatum ex vestitu, habitu, g. fluq; corporis aliisq;
2. similibus rebus, in oculos & vuculas hominum incurrentibus, quæ-
3. runt. 3. Suas res prosperas volunt ab omnibus conspici, & tam de se-
ipsis, quàm bonis suis, aucupio cujusdam honoris eximij, multa com-
memorant.

XXXVIII. Μικροψυχία magis pugnat cū Magnanimitate, quàm su-
perbia. 1. quia μάλλον γίνεται & frequentior est, ac sapius usu venit. 2.
quia deterior est, cū homines angusti animi refugiant a cōtione ho-
nestas, & præclara studia, quibus melius evadere possent.

MODE- XXXIX. Sicut autem Liberalitas ad Magnificentiam se habet:
STIA. Ita virtus quædam, græcis ἀνάνητος, Latinis moderata honoris cupidi-
tas vel Modestia, ad Magnificentiam se habere videtur. Etenim non
secus ac Magnificentia in magnis opibus consistit; Liberalitas autem
in remissioribus: Sic cū in magnanimitate honores magni & illu-
stres attendantur, alia hanc sequitur virtus, ad quam mediocres sal-
tem honores deferuntur scil. Modestia.

Definitio. XL. Est autem Modestia μεσότης ἐπὶ τὰς μετὰς τιμὰς seu virtus, quæ mo-
deratur appetitum, ut in appetendis honoribus mediocribus sese gerat homo,
ὥς δὲ sicut oportet, solius honestatis gratia.

Extrema. XLI. Ab hac virtute qui ad Excessum prolabitur, vitium com-
mittit, quod nuncupatur φιλοτιμία ambitio: qui ad defectum, vitium
1. Ambitio committit, quod dicitur ἀφιλοτιμία contemptus honoris: Illa est, quæ ma-
jores honores ambimus, quàm vel virtus, vel meritum nostrum, vel
deco-

decorum, vel præsens Reipub. status & conditio temporum, permittunt: *Ista est*, nimia animi demissio & dejectio, per quam ne mediocribus quidem honoribus, quos facta nostra merentur, dignos nos esse judicamus.

2. *Honore contemptum.*

XLII. Interdum tamen fit, ut utrumque extremum laudemus: φιλότιμον quidem, ὡς ἀνδράδην καὶ φιλόκαλον quasi virilem & honestatis studiosum: Ἀφιλότιμον verò seu honoris contemptorem, ὡς μέτριον καὶ σώφρονα seu moderatum & sentientem de se modeste, remotumque ab omni ambitionis æstu.

XLIII. Devolvimur ad examen Mansuetudinis, quæ est virtus, conformans appetitum irascendi, ut circa iras homo se gerat, ὡς δὲ sicut oportet, idque honesti tantum gratia.

M. ANSVETVDO.

XLIV. OBIECTUM est ὅτιν ἐν γράσις, ἀπὸ τῶν ἐξ ἐξ ἐξ dicta, ab appetendo vindictam, siquidem ὅτιν nihil aliud est quam ὀργῆς φαινομένης τιμωρίας ἢ ἀντιλογίας cupiditas vicissim inurendi molestiam ei, qui molestiam nos affecisse videtur, excitata ab aliqua spe ὀλιγορίας, vel etiam φαινομένης ἀδικίας injuriæ apparentis: Latinis IRA, à verbo IRE, quod irati extra se quasi exeant, & rationis decretum perperam audiant, instar servorum, qui ad conficienda dominorum jussa prouunt, priusquam rectè ea perceperint: vel instar canum, qui pulsatis foribus statim latrant, priusquam cognoscant, sit ne amicus vel peregrinus, qui ostium pulsât.

OBIECTVM Ira.

XLV. ACTIONES mansueti sunt, ut. 1. irascatur ὅτιν ὡς δὲ ob quæ oportet, & propter justas ac graves causas. 2. ut personarum habeat respectum, & irascatur ὡς δὲ quibus oportet, sceleratis nimirum & flagitiosis. 3. ut irascatur certo modo καὶ ὡς δὲ, ne ira delicto sit major. 4. ut habeat temporis rationem: Non enim irascendum, cum seria in consiliis, vel etiam læta in conviviis tractentur. 5. ut ita irascatur, ὡς ἀντὶ τοῦ τὰ ἐξ ut recta ratio suaserit.

ACTIONES. 1. 2. 3. 4. 5.

XLVI. Mansuetudinis extremum in defectu est ἀοργυσία iræ vacuitas seu lenitudo, qua ne iis quidem irascimur, quibus meritò irascendum est: quo vitio qui laborant, meritò vituperantur. 1. quia πολλοί: carent enim justī doloris sensu, quem omnes sanæ mentis homines ob acceptam injuriā percipiunt. 2. non propulsant injuriā, quam recta ratio jubet propulsandam. 3. sunt ἀνδραποδοί: servili ingenio præditi: Est quippe maximè servile & effeminatum, aliorum in sese ac suos contumelias negligere, ac pati se ποταμὸν καὶ λίθον luto conspergi. Extremum in excessu est ὀργιλότης Iracundia, quæ vel ob nullas, vel levissimas causas iræ laxat habenas.

Extrema: 1. Ira vacuitas.

B 3

XLVII. Ira-

2. Iracundia.

actiones
non tres
gradus.

1.

2.

3.

XLVII. Iracundorum autem tres recensentur gradus: *Alij* αἰρόχολοι qui velocissimè quidem supra modum succensent, statim verò injuriarum obliviscuntur, & cum ad se, tum et am cum adversariis in gratiam redeunt: & vulgò ἔξοθυμοι καὶ ἔξ' ὀχλοῖς dicuntur: *aliij* πικροί qui sunt δυσδιαστοί & tardè, sed gravissimè irascuntur, & quos non nisi temporis diuturnitas, vel vindicta sumta curare potest. *Alij* δεινίq; γαλήνιοι qui omnium deterrimi, quorum iracundia implacabilis, contumax, & beluina potius est feritas.

XLVIII. Mansuetudini magis adversatur Iracundia, quàm lentitudo.

1. quia illa est frequentior quàm ista. 2. ad quotidianam vitæ consuetudinem est ineptior, cum non rarò vinculum amicitiae abruptat.

Homilistica
virtutes.

XLIX. Homilistica virtutes se contemplandas nobis offerunt, quæ rationem quotidianæ conversationis ostendunt: quarum duæ priores in seriis: posterior in ludicris rebus versatur: *Ille* Comitas seu Humanitas, & Veritas seu veracitas: *Hæc* verò Urbanitas, nuncupantur.

HUMANITAS.

L. Quamvis autem Humanitas non virtus esse videatur, cum peculiari nemine à Græcis non donetur: Tamen cum extrema ejus vitiosa inveniantur, vel medium dari rectè elicitur, quod dici potest φίλος, & est ἀσθὴς πρὸς τὰς ὁμιλίας, seu Virtus, quæ in sermonibus & actionibus quotidianis seriis observat mediocritatem, ut neminem lædat, singulos oblectet: Et Licet hac virtus maximè accommodata sit ad

Humanitas differt
ab amicitia.

amicitiam colendam: attamen ab hac maximè differt. 1. quia amicitia vi amoris amicorum rectè dicta & facta approbat. At humanitas ἀνὸς ἡ ἀφθες καὶ ἡ σέβειν absq; affectu & amore erga eos quibus cum vivit, se gerit, probatq; recta & improbat contraria. 2. Amicitia est inter notos: Humanitas est apud ignotos æquè ac notos.

Obiectum.

1. Generale

2. Speciale.

LI. Ex hæcenus dictis constat, hujus virtutis obiectum & quidem generale esse congressiones: Speciale verò, Voluptates & dolores in congressionibus: Hos quidem, ut fugiat: Illas verò, ut prosequatur, nisi honestati utilitatiq; aliorum adversentur.

ACTIO-
NES.

1.

2.

3.

4.

LII. *Actiones viri humani* quod attinet, requiritur. 1. ut omnes suas actiones, sive dicta, sive facta, ad honestum & utile referat, dictq; operam, ne quem dicto vel facto offendant, sed potius eos, quibus cum res est, oblectet. 2. ut quando non nisi cum turpitudine aut etiam cum damno alios oblectare potest, omne studium obsequendi respuat, eligatq; potius sustinere dolorem. 3. ut aliorum dicta & facta, quæ cum singulari turpitudine, aut cum ipsorum etiam detrimento conjuncta sunt, amicè reprehendat. 4. ut aliter conversetur cum iis, qui sunt

sunt in ἀξιώμασι in dignitate: aliter cum τοῖς τυχεῖσι privatis: aliter cum γυναικοῖς μάλλον ἢ ἡρώ magis vel minus familiaribus. 5. ut in congressibus hominum voluptatem suavitatemq; confectetur, sicq; sibi & aliis jucundus: caveatque ne cui molestiam dicto factove inurat. 6. ut si offensio magnam impotenter voluptatem est allatura, parvum dolorem ferre non detrectet.

LIII. Hujus virtutis extremum in excessu est ἀπειρία ἀσφαισιῶ, qua quis præter modum & honestatem in omnibus dictis & factis placere aliis studet: Hoc vitio qui laborant, sunt vel ἀπειροὶ, vel κόλακες: illi non nisi jucunditatem spectant: Isti præter jucunditatem, etiam emolumentum, opes & quæcunq; opibus parantur, quærunt: Extremum in defectu est δυσκολία μορφῆς, qua præter modum & rationem nemini, ne in honestis quidem rebus & actionibus, placere volunus, sed omnia dicta & facta improbamus: Et hoc qui laborant vitio, dicuntur δυσκοιοὶ qui nemini obsequuntur, sed cunctis contradicunt.

LIV. Deinde aliam dari virtutem ομηλυσίῳ, quæ græcis quidem est ἀνύμω, Latinis verò Veracitas, dicatur, & versetur περὶ τὸ ἀληθές, vel ex ejusdem extremis colligitur: Nam ἀληθεύοντι opponitur secundum excessum ἀλαζον in gloriando vanus, qui est προσωποποιεῖς ἑῶν ἐνδοξων vendicat sibi bona, quæ non habet, aut ea simulat esse majora, quàm revera sunt: Secundum defectum verò ἕρων dissimulatio, qui modum deserit, & negat sibi inesse bona, quæ tamen revera insunt, aut saltem minora esse fingit, quàm revera sunt. Hic dissimulat: ille simulat: Hic minuit aut negat sua bona: ille affirmat & auget. Utroq; tamen ψευδῆσαι mentitur.

LV. Medius inter hos dicitur Verax ἀληθευτικὸς non tamen ille, qui ἐν τοῖς οἰκτικαῖς καὶ οἷς, ὅτα εἰς δικαιοσύνην ἢ ἀδικίαν πωττεῖται in pactis & iis, quæ ad justiciam vel injusticiam pertinent, fidem servat: Sed ἀυδέκας simplex & sui juris, qui cum à sola ratione pendeat, est φιλαληθὲς, veritatem colit & amat ἐν λόγῳ καὶ εἰς, neq; majora bona, nec etiam minora, quàm habet, sibi vendicat, ob solum virtutis habitum.

LVI. Hujus duæ sunt potissimum proprietates: 1. ut sit ἐπιεικὲς probus, & mendacium per se caveat. Et qui est φιλαληθὲς, ubi nil refert, multo magis verax erit, ubi referet: mendacium quippe cavebit tùm quia habitui repugnat, tùm quia est res turpis. 2. ut sit ἐρατωτικὸς magis prolixus ad extenuandam quàm amplificandam, ita tamen ut mendium & laudabile retineat.

LVII. Atq;

Arrogans.

Arrogans.

LVII. Atq; ita se Medium habet: De Extremis ut cum philosopho paulò uberiùs agamus, sciendum est, quod ARROGANS vel per se, vel propter aliud mentitur. Arrogans per se, nullius rei alterius gratia, sed ex vitioso tantum habitu, orationis vanitatem habet: qualis cum nocendi animum præferat, μάταιος seu levis armaturæ homo potius, quàm κακοποῖς est habendus: Arrogans propter aliud, gloriæ scilicet adipiscendæ vel honoris, vel lucri causa, veritatem simulat: Atq; hic posterior non est admodum culpandus, siquidem nemo ferè est paulò liberalioris ingenij, cujus animus non inflammetur honoris & gloriæ cupiditate, cui cum virtute & rebus honestis magna est cognatio: At in priori, qui pecunie sive aliarum rerum gratia facit, major est deformitas, quàm in cæteris gloriosis. 1. quia divitiæ cum honore & gloria collata minus sunt bonum. 2. quia is vanitatem hanc cum περὶ ἐξῆς conjunctionem habet.

Disimulatur.

LVIII. DISSIMULATORES εἰσῶτες, sunt vel εἰσῶτες specialiter ita dicti, qui omnia præclara & gloriæ plena de se negant, veluti Socrates, qui scientiam, tanquam rem omnium præstantissimam, sibi denegabat, partim ad sophistarum vanitatem explodendam: partim ad tuendam veritatem: Vel βαυκοπαῖνες veteratores, qui majorum bonorum dissimulatione, majorum opinionem acquirere conantur, sicut Lacedæmonij, qui ex veste sordida laudem in paupertate ferenda captabant.

LIX. Sed si inter hos fiat collatio, Arrogans magis quàm dissimulator adversatur veraci: Deterior enim est, & plus detrimenti affert: nam & injustus est.

VRBANITAS.

LX. Superest tertia virtus homilitica, scilicet URBANITAS εὐτραπέλεια, quæ τὸ ἥδον ἐν παιδείᾳ respicit in conversatione jocosa: Esse autem hanc virtutem vel 1. ex objecto consistat: Nam ex jocis, qui ἀνέπαυστος & requies sunt in vita & oblectamentum & audiendi & dicendi, videtur esse congressio quadam concinna. 2. ex Extremis: Nam qui modum superant in ridiculis, θαυρολόγοι καὶ φορτικοὶ scurra & importuni, præsertim viris bonis dicuntur: qui modum deserunt, ἀγροὶ καὶ σκληροὶ agrestes & infulsi.

VRBANVS.

LXI. Inter hos intermedij sunt εὐτραπέλεις Urbani & faceti, qui in alios jaciunt scommata, quæ homini ingenuo conveniunt, & talia quoq; ab aliis in se jacta æquo animo accipiunt. Dicuntur autem εὐτραπέλεις, ὅτι εὐτροποὶ quasi fando flexiles. Sicut enim corpora ex motionibus judicantur; Ita enim hujuscemodi morum motiones esse videntur, ex quibus judicantur.

LXII. Alio-

Actiones urbani sunt: 1. ut ἐπιδοξία dexteritatem habeat. 2. ut non modò dicat, quæ ἐλαδίων ingenium decent, sed etiam τὸν ἀκρόντα audientem molestiā non afficiat, verum potiùs oblectet: hoc ut præstet, hæc ei observanda sunt. 1. videat, quid cuiq; odiosum & jucundum. 2. quales vicissim audire gestiat jocos. 3. joci non sunt scommata aut convitia. 4. ut jocus sit honestus, & turpibus non arideat.

Actiones.

1.
2.
3.
4.

Urbanitatis extremum in excessu est βαυολοχία scurrilitas; Scurra autem est, qui in jocando modum excedit, nulla habitâ ratione pietatis, honestatis, nec rerum, de quibus loquimur, nec loci, temporis aut personarum: Et hic differt ab urbano: 1. quia scurra succumbit ridiculis, nec iis resistere potest: & faciliùs flammam in ore ardentem opprimit, quàm ridicula & scurriles jocos tenet. 2. ob eam impotentiam nec sibi nec aliis parcat, dum modò risum ciet. 3. ea jactat & audit vicissim scommata, quæ homo politus nequaquam perferret & audiret.

*Extrema
1. in Excessu
scurrilitatis.*

Scurra differt ab Urbano.

1.
2.
3.

Agrestis ad ludiera colloquia planè inutilis est, cum quia, propter naturæ austeritatem, ab omnium ridiculorum & jocosum liberalium usu abhorret, tum etiam aliorum sales, & facetias, quantumvis elegantes, ferre nullo modo potest. Atq; hanc ob causam insulsus magis à philosopho culpatur, quàm scurra, cum præsertim ludus ac jocus, partim ad vitam commodius degendam, partim ad seria alacrius post animi relaxationem capeffenda, necessarius esse videatur.

In defectu.

Coronidis loco aliquid dicendum est de VERECUNDIA, non tanquam de virtute quadam, sed de affectu: 1. quia non est habitus φυσικὸς: sed πάθος ἀπορροιστικόν: est enim φέλος τῆς ἐδοξίας metus infamiae. 2. afficit corpus: Nam ex verecundia suboritur rubor, sicut ex metu, & præcipuè mortis, pallor. Corpus autem aliqua sui parte afficere & mutare, affectuum proprium est effectum, non habitum. 3. Virtus omni ætati: Verecundia saltem juventuti convenit, non etiam ætati senili: Unde juvenibus eam necessariò adesse putamus, ut cum παθεῖν, non λόγῳ regantur, à voluptatibus verecundiā prohibeantur: idè etiam juvenes verecundi laudantur, senes verò tales reprehenduntur, ut qui non παθεῖν, sed λόγῳ regi debeant. 4. vitiosis saltem habitibus, quorum comes est, convenit.

Verecundia non est virtus, sed Affectus.

1.
2.
3.

Juvenibus convenit.

4.

Eadem sententia de Continentia est ferenda quæ magnam cum virtute habet cognationem: sicut libro 7. fusius ab Aristotele edocetur.

P R O B L E M A T A.

1. *Utrum Liberalis possit ditari nec ne?*

*Pro affirm.
ratio.*

1.

2.

3.

*Obijciunt.
Solutio.*

Pro affirmativa hæ præstò sunt rationes: 1. quia liberalis est capax plurimorum bonorum per hæreditatem aut alium fortunæ statum, 2. vi promissionum divinarum experitur benedictionem DEI. 3. exempla plurimorum, qui propter beneficentiam pluribus abundarunt divitiis: Sed Philosophus negat propter hanc rationem: quòd plus det, atq; minus accipiat: adeoq; non possit ditari. Respondetur philosophi mens non est, quòd nullo modo possit ditari, sed quòd non facillè ditari queat. Nam rò Liberalem posse ditari, bifariam dici potest: vel quòd ditari possit, quatenus est liberalis, liberaliter agendo: vel quòd ditari possit alio medio: De priori rectè dicit philosophus, quòd liberalis liberaliter agendo ditari non possit, quia ipsius proprium dare est, non accipere: dando autem nemo ditatur: de posteriori loquitur prior assertio, quòd scilicet liberalis ditari possit alio quopiam medio, cujusmodi sunt hæreditas, fortuna; maximè autem divina benedictio.

2. *An Magnificentia & Liberalitas specie differant nec ne?*

Pro negante.

1.

2. Ab auctoritate Aristot.

*Pro affirmante.
Ratio.*

Pro negante parte assertur hæc ratio: quia differunt saltem secundum magis & minus: Nam sicut objecta; ita & virtutes differunt: At Magnificentia & liberalitatis objecta tantum differunt secundum magis & minus, quia pecunia parva & magna essentia non differunt: Huc facit, quòd Aristoteles expressè docet: Omnem magnificum esse liberalem. Ergò magnificentia quoq; erit Liberalitas. Pro parte affirmante est Aristoteles, qui distinctè has virtutes recenset, & probari potest hac ratione: Qualis est affectuum virtutibus corrigendorum differentia, talis quoq; virtutum: Affectus, qui corriguntur liberalitate & magnificentia, differunt specie: Ergò & Magnificentia & Liberalitas. Major desumitur è natura virtutis, quæ est corrigere affectus. Minor probatur, quia alius est affectus, quo pecunia petentibus erogatur, vel denegatur: alius, quo quis in rebus magnis & splendidis magnos sumtus facere conatur. Hic enim affectus longè vehementior & major est, utpote in re alia & quidem majori occupatus. Liberalis quidem pecuniam erogatur, petentibus hominibus, maximè

maximè auxilij gratia: Sed Magnificus sumptus erogat & confert non in personas petentes, sed in res magnas, spectacula, aedificia. Quia igitur Magnificentia in hoc affectu medium observat, rectè speciè differre dicitur à liberalitate. *Ad argumentum oppositum facilis est Solutio.* *responsio:* Conveniunt quidem in *objecto remoto & externo*, quod est pecunia: differunt autem *objecto interno & proximo*, nempe affectu: Virtutes autem distinguuntur non *objecto externo*, sed *interno*.

3. An etiam privatorum sumptuum gratia aliquis magnificus sit dicendus?

Et si Magnificus principaliter occupatus est in sumptibus publicis vel divinis vel politicis: Quia tamen privati quidam sumptus suo splendore cum publicis habent affinitatem, vel quia fiunt in loco publico, vel quia in plures conferuntur, vel etiam quia omnes in his splendide instituendis occupati sunt, hujus gratia in ipsis quoq; Magnificus versari dicitur, ut: nuptiæ, hospitia publica &c. *Sed de Nuptiis queritur, cur Aristoteles dicat semel fieri?* Alij aliter explicant: Dici potest, nuptias legitimas inter eosdem conjuges semel fieri. Videtur tamen Aristoteles hic exprimere infinitum per finitum, ita ut semel neri hic sit, quod rarissimè fieri, cum vix semel atq; iterum fieri possint, propter sumptuum magnitudinem. *Sed dicis: Una actio non parit habitum: sumptus semel facti sunt una actio:* Respondetur, quod ad perfectam magnificentiam omninò non sufficiat unica actio: ideoq; argumentum facilè conceditur: *Sed distinguendum est inter personam ut privatam, & ut publicam. Ut privata persona, vix aliquis verè magnanimus dici potest, quia de suis vix unicam instituere magnificam potest actionem: Sed ut publica, in sumptibus publicis occupata, sicut crebrò augere potest propter redditus publicos; sic magnificus etiam dicitur.*

4. Utrum pauperes possint esse Magnifici?

Videtur quod sic: quia. 1. omnis homo est capax singularum virtutum. 2. non pauci quoq; pauperes magnifici dantur. Sed contrarium proponit philosophus quod ad magnificentiam requiratur pecunia sumptuosa, qua pauper destituitur. Ad hoc aliqui respondent per distinctionem, quod aliud sit habitus, aliud actio. Ad actionem requiri pecuniam sumptuosam, non ad habitum: Sed hæc responsio non

*Pro affirm.
ratio.*

1.

2.

Pro negatione.

Decisio.

non subsistit, siquidem omnis habitus actione comparatur. Pauper igitur, si magnifice agere non potest, nec Magnificentiae habitum sibi comparabit, quamvis potentia naturalis insit. Aliter igitur solvitur problema, nempe quod aliud sit quætere, an pauper possit magnifice agere eo momento, quo pauper est; an eo, quo vel hereditate, vel fortunâ aliquos sibi facultates comparavit. Ad hoc quod attinet, conceditur problema, quod pauperes possint esse magnifici, scilicet alio tempore, quando ditescunt: eo tamen tempore, quo pauper est, non potest. Ad eos quod attinet, qui Magnifici titulum gerunt, observetur: 1. quod hic titulus sit officij, non personæ. 2. quod tituli crescant, & sæpè majores, quàm debent, conferantur: Cujus gratia etiam pauper dici Magnificus potest, vel quatenus hic titulus dignitate major est; & tunc minus propriè dicitur: vel ratione officij, cujus gratia sumtus impendit publicos non ex suo, sed ex publico arario: *Hinc respondetur ad. 1. rationem pro parte affirmante adductam*: quod major loquatur de potentia, non de actu: Nam omnis quidem homo capax est singularum virtutum, non tamen actu ipsi competunt: quamvis & alia sit fallacia, nempe accidentis. Major enim de substantia loquitur, conclusio de accidente: vel eadem est collectio, ac si quis dicat: Omnis homo est capax visus: Cæcus est homo. Ergo cæcus capax est visus. Nam cæcus, videre non potest, sed homo, qui cæcus est. In 2. negatur, quod pauper, quâ pauper, gerat titulum magnifici. Et si enim pauper sit, quoad proprias facultates: ratione tamen publici officij dives est, & hujus gratia magnificus dicitur.

5. At sit Magnanimi contemnere alios?

*Negativa.
Deciso.*

Videtur, quod non: Nam contemptus est vitiosus: In magnanimi autem vitium non cadit: *Sed breviter respondetur*, quod magnanimi omnino sit alios contemnere, ut autem intelligatur, sitne hoc vitiosum nec ne, *distinguedum est vocabulum*. 1. Contemnere propriè idem est, quod inferius ducere, ut ita contemnere alios nihil aliud sit, quàm inferiores eos judicare. Hoc modò non vituperatur: Cum enim Magnanimus sit eximia virtute præditus, & dignitatis gradu longè superior reliquis, officium ejus etiam est rectè judicare, tam de se, quàm de aliis: adeoq; si quispiam tanta virtute non præditus ipsi occurrit, officium illius est, ut se digniorem & alterum inferiorem existimet, quod est contemnere alterum. 2. Contemptus vocabulum cum adjuncto vitio capitur, sicut multi quoq; affectus vitium adjunctum

Etiam habent. Atq; sic contemnere est debitum honorem denegare, & alium inferiorem, quam decet, judicare. Hoc ut vitiosum est: Ita in magnanimum non cadit. Et de hoc contemptu objectio loquitur.

6. *An sit Modestia, & an specie differat
à Magnanimitate?*

Nulla videtur esse modestia, propter hanc rationem: *Ubi nullus parvus honor, ibi nulla modestia*: In natura non datur parvus honor: *Etenim* signum excellentis virtutis non est parvus honor: Jam omnis honor est signum excellentis virtutis Ergo nullus datur honor. *Minor probatur*: quia excellens virtus non parvum, sed magnum promeretur honorem: Sed *Respondetur*, quod maximus honor competat excellentiæ virtutum: Verum sicut in ipsis virtutibus gradus dantur, ut alius magis, alius minus sit virtute præditus: Sic honor etiam alius major, alius minor confertur, ut ita alia sit virtus in magnis honoribus, alia in parvis: *Ad alteram problematis partem idem dicitur*, quod supra de Magnificencia dictum fuit, nempe specie differre propter affectum diversum, quamvis externum objectum differat secundum magis & minus.

Negativa.

Decisio.

7. *An omne mendacium sit prohibitum?*

Vulgo triplex faciunt mendacium: aliud *Officiosum*, quo honor DEI, vel salus publica, vel proximi, vel propria promovetur: aliud *lucrosum*, cum falsæ & lepidæ delectationis gratia citra ullius perniciem fingimus ea, quæ non sunt: aliud deniq; *Perniciosum*, quod in aliorum vel sui perniciem simulat vera, dicit falsa. Jam dicimus, si queratur de pernicioso, tunc affirmatur esse prohibitum, cum peccati rationem habeat. Quia est *avoué*. 1. Joh. 3. v. 4. Si queratur de officioso & jocosum, tunc negatur esse prohibita: *Non jocosum*, quia viro bono joculari libitum est. Col. 4. 6. *Non officiosum*, 1. quia Deo debetur cultus promotio, Ecclesiæ & Reipub. mali propulsio, proximi dilectio, nobis ipsis propriæ utilitatis promotio: 2. quia occultatio, quæ adhibetur, ob honestam & justam causam in rebus, quas dicere non est necessarium justum aut utile, non est mendacium. Sed *objicitur*: 1. quod peccatum per se sit malum, adeoq; nullo modo possit esse bonum & licitum. 2. quia finis *ευαδένων* non est, ut homo hominem iis discipiat, aut lædat, sed ut alter cum altero animi sensa communicet. *Respondetur*

Triplex
mendacium
1. Officio-
sum.
2. Lucrosum.
3. Pernicio-
sum.

Objectio.

1.

2.

Solutio.

herationes loquuntur saltem de mendacio pernicioso, φθρεν, & σινδρε
& semper malo: non autem de jocofo & officiofo: quæ duo non pec-
cati habent rationem.

8. An Honor fit expetendus?

Rationes
pro affirm.

1.

2.

3.

Contraria
opinio.

Responsio.

Affirmativam amplectimur partem. 1. quia reddit hominem
aliis excellentiorem. 2. favorem & amorem homini conciliat. 3. est
testimonium virtutis & honestatis, quæ alioquin in homine latet,
quod non à quibuslibet, sed à præstantibus in Rep. viris tribui solet.
Ex adverso viri prudentes monentur, ut honores negligant, eos ceu
fumos mentem obumbrantes repellant, & tanquam Sirenes ani-
mum seducentes devitent. Sed respondetur. 1. ea accipienda esse de
vano & populari honore. 2. de immoderato honoris appetitu. Nam si
homo vivit vitam civilem, debet moderatè esse sollicitus in eo honore
appetendo & quærendo, ut elucescat probitas, perquam exemplo sit
aliis. Qui verò nimium appetunt sui tantum gratia, & non ut signum
& alterius gratia, illi aberrant & conditionem ejus pervertunt.

9. An Verecundia sit virtus?

Rationes
pro nega-
tiva.

1.

2.

3.

Responsio.
ad. 1.

ad. 2. -

ad. 3.

Negativa probatur ex philosopho thesi. 65. Quod verò sit vir-
tus, ex contraria parte sic probatur. 1. quia versatur inter duo extre-
ma αἰδῶν, impudentiam & δουρωτιαν. 2. quia huic natura & essentia
virtutis convenit scilicet, esse mediocritatem. 3. quia propria
virtutis affectio, nempe laus, eidem tribuitur. Sed respondetur ad. 1. per
insiciationem: Nam si aliquod medium esse debet virtutis, requiritur
ut sit habitus μεσσηνής, & versetur inter duos extremos habitus vi-
tiosos: At verecundia non est habitus μεσσηνής, sed αἰδῶν ἀπερὶ ἄλλων,
neq; inter duo extrema vitia versatur: adeoq; virtus esse non potest.
Ad. 2. licet verecundia mediocritas quædam sit: tamen plurimum
ab ea mediocritate, in qua vis ac natura est posita virtutis,
distinguitur: Hæc enim à recta ratione, quæ definit μεσσηνής
in omnibus actionibus & affectibus, promanat: at mediocritas, qua-
lis est verecundia, à ratione hominem ob hoc admissum scelus pu-
niente, & propter non observatas circumstantias castigante, profi-
ciscitur. Ad. 3. Laus non κατ' αὐτὸν tribuitur verecundiæ, sicut virtuti:
Sed tantum κατ' ὑποθέσιν, seu, ea saltem ratione, qua pudor arguit, eum
qui

qui erubescit, post perpetratum aliquod & flagitium non esse plane perditum, sed ad meliorem mentem redire posse.

10. *An Verecundia in virum bonum cadat?*

Negativa placet philosopho, ut thesi. 65. probatum fuit. Sed ob-
statur. 1. Vir bonus non erubescit quidem ob ea, quæ κατ' ἀλλόθειαν *Rationes*
sunt turpia, cum ea non soleat admittere: Sed tamen fieri potest, ut *pro affirm.*
ea, quæ κατ' ἑαυτὰ talia sunt, interdum admittat adeoque verecundetur. *1.*
2. Impudentia est malum quid. Ergo verecundia erit bonum quid. *2.*
Respondetur ad. 1. Vir bonus utramque turpitudinem fugit, ideoque ipsam *Responsio*
non oportet verecundari: Imò improbi hominis est aliquid eorum, *ad. 1.*
quæ turpia sunt, admittere, non autem probi viri, qui est prudens &
omnium κατὰ φύσιν atque inprimis personarum observator. *Instantia.*
Instas: Sed si vir prudens aliquid turpe admitteret, procul dubio pudore suffun- *Responsio*
deretur. *Respondetur,* quod sit oppositum in adjectio: Nam τὸ aliquid
turpe committere, & τὸ esse virum bonum, opponuntur: ideoque sim-
pliciter non cadet in virum bonum verecundia. Nam pudor ob res
turpes, quæ spontè aguntur, existit: Vir autem bonus nunquam ea,
quæ turpia sunt, designat. *Deinde* posito sed non concessio, quod vir
bonus verecundetur: verecundia tamen non simpliciter, sed ex hy-
pothesi tantum esset bona, & propterea non esset virtus, quæ simpli-
citer bona est. *In. 2.* nulla est consequentia: quia neuter affectus *ad. 2.*
suâ naturâ bonus est, aut viro bono convenit: Si tamen utriusque fiat
collatio, verecundia impudentiæ præstat, veluti minus malum maio-
ri: siquidem pudor arguit, eum, qui turpe aliquid perpetravit, adhuc
esse κατὰ φύσιν, cum contra periisse putandus sit, cui pudor periit.

11. *An honor sit magis honorantis, quam honorati?*

Affirmat Aristoteles lib. 1. Eth. cap. 5. Sed contra hæc afferri pos-
sunt rationes: 1. Illius est præmium, cui res competit, cuius est præ- *Affirmat*
mium. Atque virtus, cuius præmium est honor competit honorato. *Aristot.*
Ergo & illius est honor. 2. Ejus est unumquodque, cui tribuitur. Ho- *Rationes*
nor honorato tribuitur. Ergo ejusdem etiam est. Minor probatur, *contraria.*
quia honoratus dicitur, non qui honorat, sed ille in quem honor con- *1. 6*
fertur. *2.*

3.
4.
Deciso.

Responsio
adui.

ad. 2.

ad. 3.

ad. 4.

fertur. 3. Omnis operatio transiens suscipitur cum recipiente, non in producente: Honor est operatio transiens honorantis scil. in honoratum. Ergo in honorato quoque recipitur. 4. Opposita sunt nata fieri in eodem subiecto: Atqui vituperium, dedecus infamia, quæ sunt opposita honoris, sunt recipientis, non largientis. Ergo & honor. Pro resolutione hujus problematis tenendum est, vocem HONORIS quatuor modis sumi: 1. pro meritis, 2. pro re seu materia, quæ in signum virtutis alteri tribuitur. 3. pro signo, ut est signum. 4. pro actione proba seu externa significatione opinionis, de alicujus virtute aut dignitate externis signis declarata: Primo modo HONOR est honorati, quia in eo est virtus, quæ ut efficiens impulsiva seu movens incitat homines ad bene de nobis sentiendum: quarto modo sumtus honor pro actione proba honorantis est ejus qui honorat, ob quam ipse quoque honore dignus redditur. Secundo & tertio modo sumtus honor pendet ex honorante, & transit in honoratum: unius est ut tribuentis, alterius ut recipientis. Quando itaque Aristoteles dixit: Honorem esse honorantis: consideravit illum, ut honorantis actionem: Nam essentia honoris non est in externa materia posita, sed præcipue in judicio, effectu & præelectione honorantis. Respondetur itaque ad partis negativæ rationem primam: Eam veram esse, quatenus honor consideratur, ut testimonium relatum ad virtutem honorati: quod testimonium, ratione rei, cujus est testimonium, est honorati: Ad. 2. denominationem non semper sumi ab actione & essentia, sed quandoque etiam ab objecto, scopo & fine. Ut igitur vir justus non dicitur justificatus, quamvis in eo sit essentia justitiæ: Ita honorans non dicitur honoratus, quamvis in eo præcipue insit essentia honoris, Ad. 3. partem esse honorantis, ut tribuentis, partim honorati, ut recipientis, in quem transit per materiam honoris. Ad. 4. est eadem responsio. Quæ enim dicta sunt de honore, etiam vera sunt de laude, ac de opposito vituperio ac dedecore. In omnibus siquidem ea quatuor considerantur, adeoque etiam hic pro diverso respectu sunt & in largiente & recipiente!

F I N I S.

Von



Dn.
in V

Dn.
M

An

Dn.G

Dn.B
ibid

D



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



implissimis
r. Cæsar. Mai.
tori & præfecto

der Sacr. Cæsar.
o fidelissimo :

usu præstantissimis
/ Urbis illius Cæ-
gravissimo.

seniori, Prætori
s ordinis *συμβου-*
iâ, & autori-
ATRIÆ

honore, summoq.
tendis

debitæ gratitudinis
ubmisse offert

ES VVÖLNERUS
s.

